

R.K.
385
19.

(X1878279)

II k
2264

HISTORIAM
COMITUM
VETERUM
ROMANO-GERMA-
NORUM
GENERALEM

Eruditis

exhibet,

PRÆSIDE

M. IMMANUELE Weber/

Lipsiense,

Friedrich Christian Ludwиг/

Keulâ-Thuring.

AUCTOR.

A. S.

M. DC. LXXXIV.

d. JANUAR.



LIPSIAE,

Typis CHRISTIANI GÖTZL.



DEO.
PATRONIS.
PATRI.
SACRUM.
STATUIT.
AUCTOR.



P R Æ F A M E N.

Comites Germanorum antiquos duobus capitibus, quorum uno de origine & ætatibus, altero de officiis & dignitate disquiratur, complexuris Romanorum quoque Comites carptim subungere visum fuit, ne ex iisdem disjunctis vim aliquam nostra patiatur narratio. Ampla equidem, cui accingimur, seges est, quæ & latissime se diffundit, nec parum in se laboris difficultatisque continet, usque adeo quidem, ut, tenuitatis nostræ conscii, manum ei admovere diu quam distulerimus. Historiæ enim partes, cujus, ut Gramondus ait, *est ire, quò jubet veritas, l. 1. Hist. Gall. p. 3.* adimpletuos, præcipue in antiquitatibus Germanicis, tot dubiorum anfractibus ter-

A 2 rent,

rent, ut, quâ tutum pateat iter, vix integrum ubiq; suppetat iudicium. Accedit his, quod nec scribendi sufficiens spaciũ, nec evolvendi libros, quibus res, uti gestæ, purè traduntur, copia contigerit, sed solo sæpissimè adfensu in præcursorum vestigia fuerit eundum. Quare etiam rude, nec lambendo satis perpolitum hocce nostrũ ingenuè facti, non nisi solâ voluntate, cui arduorum conatus vel soli decori putantur, placere volumus: Ita votum Patronis exsoluturi, quod amplius detrectare, nisi in contumaciã obstinata modestia transire vellet, nequivimus. Meliora quoties edocemur, toties stylum vertere parati humanitatis nostræ nunquam oblivissemur.

CAPUT

CAPUT PRIMUM,

De

ORIGINE ET ÆTATIBUS COMITUM VETERUM ROMA- NO-GERMANORUM.

ELENCHUS.

1. Comitatus significatio propria est, sed
2. Amplissima apud Romanos & Germanos.
3. COMITUM ROMANORUM Origo, quæ de
4. Becmanni sententia improbat.
5. Extiterunt ante Imperatores, sed
6. Sub iis multò splendiores. Quales & qui fuerint?
7. Monzambano notatur.
8. Divisio Comitum in Aulicos & Provinciales.
9. Quid Comites privatorum?
10. Interitus; remittitur ad Gutharium Cassiodorum & Pancirollum.
11. Perierunt cum Imperio R. in Occidente.
12. Eorum temporum status.
13. Succedunt cum Francis Comites Germani.
14. COMITES GERMANI dicti Graben.
15. Vox nec Græca, nec Latina, sed
16. Germana.
17. Derivationes à Graben & Grau rejectæ.
18. Vindicatur Arumaus & Reinking.
19. Primitiva esse adseritur.
20. Significatio.
21. De Comitum Germ. Origine triplex quæstio.
22. Nostra sententia; diducitur ex temporum & rerum gestarum serie.
23. Taciti testimonium de Com. Germ.
24. An ex eò antiquitas determinari possit?
25. Germaniæ pars paret Romanis.
26. Prima & secunda Germ. provinciæ Roman. patiuntur Comites Romanos,
27. Nec excutere possunt, donec
28. Occidente Rom. potestate.
29. Franci potiuntur Galliâ & Germaniâ à Rom. possessâ.
30. Fran-

A 3

30. Fran-

30. Francorum celebre & laudabile imperium.
31. Franci in regno suo Comites Germanos restituunt, multa tamen de Romano more retinent.
32. Cur sola heic Comitum Francorum, Germanorum reliquorum ante Carolum M. nulla mentio?
33. Origo der Pfalzgrafen est à Romanis.
34. Regimen Francorum per Duces & Comites.
35. XII. Comites dati singulis Ducibus,
36. Quod tamen non perpetuum.
37. Dicti sunt Gau: Grafen / à Gaue.
38. Quid Gaue?
39. Origo der Gauen.
40. His subordinati die Centgrafen / à centenis.
41. Centenarum in Germanià reliquie.
42. Taciti locus, de Centenis Comitibus, excussus.
43. Ex eò antiquitas der Centgrafen non probatur.
44. Tacitus corruptus & emendatus.
45. Transitio ad Caroli M. tempora.
46. Amplitudo ejus Imperii.
47. Omnia per Comites distribuit.
48. Duces sustulit, excepto Wittekindo.
49. Magna sub eo Comitum Germanorum frequentia, per Italos & Gallos aucta.
50. Origo der Marckgrafen / à Marck.
51. Quid Marca?
52. Lehmannus refutatur.
53. An Marchiones ab Henrico Aucupe?
54. Nostra sententia confirmatur.
55. Origo der Landgrafen.
56. Conclusio Capitis.

1. **G**Rata sunt omninò nomina, quæ actiones protinùs designant, quando tota ambiguitas tollitur, ubi enim vocabulo concluditur, quid geratur Cassiodorò judice, *Variar. L. VI. ep. 7.* Ex talium censu ac numero præsens COMITUM vox est, quippe quæ primam impositionis suæ causam facile prodit. Antiquissimo enim significatu Comitem accipere debemus eum, qui comitetur & sequatur Ulpian. l. XV. §. Comitem. ff. de injur. Turneb. XXI. *Advers. 28.* quam tamen acceptionem temporum decursûs aliquoties immutasse in seqq. evadet clarum. Amplissimus

plissimus † cum Romanis, tum Germanis antiquioribus fuit 2.
hic titulus, quia & amplissima COMITUM dignitas; quare
distinctius procedendum est, ne cum nomine rem ipsam
confundamus. PRIMUM † autem ad Romanos abituri o- 3.
riginem eorum apud eosdem indagabimus. Comites † ab 4.
Imperatorum demum aetate computare placuit Dn. Becman-
nô: *Comitum munus Romani ante fundatam Monarchiam suam
habuisse non inveniuntur*, inquit *Notit. Dign. Illustr. Dissert. IX.
c. I. n. 3.* in quâ quidem cum erudito viro calculum ponere,
non possumus. Namque † & ante Imperatorum tempora isti 5.
Comitum nomina promeriti leguntur, qui Pro-Consules &
Prætores in Provincias peregrè, tanquam adseffores & Con-
filiarii, sequuti *cætus & amicorum cohors* salutabantur, quem
morem primò à Scipione introductum refert, *ad Svetonium,
Cafaubonus*, notante Buchnerô *in Thesaur. Fabr. voc. Comes.*
Multa hæc de re occurrunt apud Ciceronem. *Meâ quidem, ait,
sententiâ A. Gbainius, belli maritimi rerumq; gestarum COMES
Gn. Pompejo adscribitur &c. pro Lege Manil. & in Lælio: De
Scipione dicam libentiùs, quanta illi fuerit gravitas, quanta in Ora-
tione majestas, ut facile ducem Populi Romani, non COMITEM di-
ceres.* Confirmat prætereà in Epist. ad Q. Fratrem, qui tum
Asiæ præerat, ubi COMITES, adjutoresq; ab ipsâ Republicâ
datos conjungit. Habemus ita, quod volumus. Deinceps † 6.
verò sub Imperatoribus magis multò conspicuum & celebre
nomen hoc extitisse ultrò largimur, utpote ubi omnes circa
Imperatores honestiore aliquò officio, vel præfecturâ ornati,
quiq; Provinciis dati Rectores COMITES appellabantur.
Quod enim † à Constantino M. demum eos ita audire cœpisse exci- 7.
dit Monzambano, *de Stat. Imper. German. c. III. §. 2.* fidem haud
impetrabit ab historicis, cum multò ante in antiquis inscri-
ptionibus COMES Tiberii Cesaris Augusti deprehendatur, qui
ipse etiam in Germaniam abiturus COMITES legisse perhibetur
ap. Tacitum *l. I. Annal. Vespasianus in peregrinatione Achaicâ
Neronis COMES fuit, cum nullis antea honoribus perfunctus esset.*
Sveton. in Vespas. c. IV. Ingens autem & varius COMITUM
numerus

- mnæum, *Jur. P. T. II. L. IV. c. 4*) nos tamen Gravionum Nomen pro Germano habendum putamus. At quanta heic iterum ἐτύμων monstra? Pontanus † satis lepidè à fossis, von Graben/nescio quâ inductus ratione, deduxit. vid. *Heig. quest. part. I. qu. II. n. 50.* nec exiguus eorum numerus numeratur, (videndus ap. Dn. Kirchmajerum, *Nott. ad C. Tacit. de M. G. c. XII. p. 209.*) qui ab ætate senili & canitie Graviones, quasi die Grauen dictos autumant, ad modum videlicet Romanorum, qui & suos Senatores à senio ita vocarunt, licet non adeò semper consenuerint. Sed satis miserè, nisi fallimur, torquetur, & hæc etymologia. Expressè Tacitus solorum *juvenum*, ad hoc munus lectorum, mentionem injicit, *de M. G. c. XIII.* cui instituto certè appellatio isthæc reclamaret. Neque verò in exemplis adduci possunt vel Romani vel Ebraei, apud quos ipsâ lege ab initio cautum novimus, ne juvenibus senatoria dignitas conferatur. Nihilq; † adeò adversus viros consultissimos Arumæum, *Vol. III. J. P. p. 359.* & Reinkingium, *l. I. regim. secular. & Eccles. cl. IV. c. 14.* agitur, cum rectissimè huic vocis interpretationi obvertunt, *mereri & in Republicâ juvenes non paucos, qui consiliis & dexteritate tractandarum rerum polleant.* Sicut † itaque res ipsa, sive dignitas Germanorum proprium & domesticum inventum, ita quid obstat, quò minus & Gravionis primitivam apud Germanos vocem admittamus? Communiter † apud eos Judicem designabat, quod inter alia constat per Glossam *Spec. Sax. l. III. art. 13.* Ein Graf bedeut nach alten Sächsischen Deutschen Rechten einen Richter/ und Graffschafft so viel als Jurisdiction, quæ in certa aliqua regione Comiti ab Imperatoribus vel regibus concessa, cum ipsi ubiqve præsentibus judicia tractare nequivissent. *Diacon. l. V. bist. Longob. & in Leg. ripuar. tit. 53. 55. Hermann. Hamelmann. Chron. Oldenburg. in Proem.* Ast quid ita leviculis hisce distineri nos patimur? Age ad ipsam Originem † dignitatis & ætates Comitum in Germania attendamus. Multæ heic iterum scriptorum curæ, prolixè disqvirentium, num à Romanis Germani, num potius Romani à Germanis Magistratum huncce

huncce sint indepti, an verò ejus origo Germanis moribus
primum ceperit? Illud cum aliis Besoldus, *Dissert. de Reipubl.*
statu subalt. c. IV. §. 1. Carpzovius, *leg. Reg. Germ. c. III. sect. 13. 31.*
Struvius, *Syntagm. jur. feud. c. I. n. 4.* & Chr. Lehmannus *Chron.*
Spirens. l. II. c. XVII. p. 88. Istud Cluverius *l. I. c. 4. Germ. an-*
tiq. & Becmannus l. c. n. 3. p. 251. hoc Zafius *de Feud. p. V. n. 7.*
aliiqve adferunt. Nostra † hæc est sententia, quam cum spe 22.
veniæ proferimus. Germanis, qui & quamdiu exterorum,
legibus non paruerunt, propria videtur concedenda hæc
dignitas, quam ex antiquissimo gentis suæ instituto sibi con-
stituerunt. Cornel. Tacitus † enim suâ jam ætate, tanquam 23.
inter Germanos receptissimam, Comitum memoriam
celebrans ait: *Certi singulis Principibus ex plebe Comites, con-*
silium simul & autoritas, adsunt. Et post pauca: Gradus quin-
etiam ipse Comitatus habet, judiciò ejus, quem sectantur. Magnaq;
& Comitum emulatio, quibus primus apud Principem suum locus,
& Principum, cui plurimi & acerrimi Comites. Hæc dignitas, hæ vi-
res, magnò semper electorum juvenum globò circumdari; in pace de-
cus, in bello præsidium. Nec solùm in suâ gente cuiq;, sed apud finiti-
mas quoque civitates id nomen, ea gloria est, si numero ac virtute
comitatûs emineat. Expetuntur enim legationibus, & muneribus or-
nantur, & ipsâ plerumque famâ bella profligant. l. c. c. XII. & XIII.
Antiquius † hoc Taciti testimonium non habemus, nec ta- 24.
men ideò cogitandum est, rem ipsam apud Germanos anti-
quiorum non fuisse ætate Taciti, quò errore deceptus non ne-
mo ostendere allaborat, Germanos à Romanis, de quorum
Comitibus utiq; vetustiora extant monumenta, creandorum
Comitum consuetudinem hausisse. Sed admodum duriter
hoc dicitur, nec facilè probari poterit iis, qui norunt, quam
exigua & fera suppetat de rebus gestis Germanorum histo-
ria. Cæterum † magna Germanorum pars, in primis circa 25.
Rheni ripas habentium, cum aliquandiu primis statim, à na-
to Christo, sæculis Romanis victa manus dederit, ditioni-
bus suis ab hisce in provincias redactis, etiam Præfectos
Romanos atqve Comites perferre ac sustinere est coacta,

- qui quàm iniquiter Germanos tractarint, de eo non unæ pas-
sim apud Festum & Sigonium, *de Judiciis*, occurrunt Ger-
manorum querelæ. Et ea omnia, quæ diximus, certis corro-
 26. borare argumentis non magnæ molis erit. Constat certò, †
& omnes historiæ loquuntur, quàm & prima vel superior Ger-
mania, ubi præter alia municipia Moguntium, Vangiones &
Nemetes & Argentoratus erant, & Germania secunda, seu
inferior, Coloniam ejusdemq; loci, versus Oceanum, distri-
ctus complexa Romanis per priora secula ut Provinciæ paruerint.
Sub Vitellio & Vespasiano Imppp. *Julius Tutor ripæ Rheni præfectus* legitur apud Tacitum *l. IV. Hist. 55. 3.* Luc. Antonius circa eandem fermè tempestatem *Germaniæ Primæ Præses* celebratur à Svetonio *in Domitian.* de quo & Wolfgang. Lazius, *c. VIII. de Præsid. Antonius Consularis Legatus erat Germaniæ Præfectus, quæ secus utramque Rheni ripam in Sicambros, Brueros, Vangiones & Nemetes exporrigebatur, & primis temporibus à Druso & Germanico in Provincia formam fuerat redacta.* Et, seqvioribus seculis in quâdam Valentiniani Imperatoris ad Jovianum, eqvit. Magistrum epistolâ, *tâm Ducum, quàm Comitum, & quibus Rheni mandata custodia extat mentio,* apud Lehmannum, *l. I. c. IX. Chr. Sp.* sub Juliano unus per utramque Germaniam Comes, *Carietto, qui adversus Alemannorum portionem ad bella egressus occubuit,* memoratur ab Amm. Marcellino
 27. *l. XXVI.* Plura scientes filemus. In † hac servitute Germani per fat longum tempus perseverare, Romanorumq; Comitum jussis parere coacti nullam erumpendi spem atq; vim habuerunt. Quamvis enim vicini Rheno Alemanni aliiq; Germaniæ, in libertate constituti, populi has Regiones Romanorum potestati eripere aliquoties tentarint, utputa sub Valeriano, & Galieno, Tacito, Juliano, Honorio, vix tamen aliquos ex voto successûs, nisi adversus ultimum experti, ubi, pulsus Romanis, in Germania prima domicilium sibi statuerunt Alemanni *B. Rhenan. l. I. sub tit. Franci in German.* Inseqvutâ ab-
 28. hinc † statim sub Valentiniano III. nobili illâ ab Attilâ strage Romanorum non in Galliis tantum, sed & Occidente totò fatiscere

tiscere cepit potentia, & non ita diu post sub Augustulo in omnibus Occidentis Provinciis Imperii nomen maiestatem-
que amiserunt. Quam occasione† nactæ ad plenam Franciæ 29.
gentes libertatem adspirare ceperunt; Francorumque præ a-
liis & nomen & potestas succrevit, quippe qui omnem fermè
cum Rege suo Hilderico Galliam occupantes, Germaniam
quoque primam Alemannis eripuerunt. Eâ de re sic Trithe-
mius: *Hildericus Rex Francorum congregatō suorum exercitu ma-
ximo per universam Galliam annō 475. potenti manu discurret, o-
mniaque, quæ restabant, suo regnō subiecit. Eodem tempore Franci
Coloniā Agrippinam de potestate Romanorum, manu validâ, eripi-
entes etiam suo dominio subdiderunt. Proinde Moguntium, Spiram,
& non diu post Argentinam cum oppidis & munitionibus universis
per omnem regionem cis-Rhenanam à Constantiâ civitate Aleman-
niæ usque ad mare, & deinceps per omnem Galliam usque ad Lige-
rim in suam potestatem, nullō resistente, redegerunt. Comp. Annal.
ex Hunibaldo.* Factum exindè† est, ut tūm temporis vel 30.
soli Franci famâ suâ Germanis ferè omnibus laudes præripu-
erint, id quod ex eo aliquō modō conijcere possumus, quod
universa Germania Franciæ nomen sortita fuerit, laudataque
non solum bellica Francorum virtus, sed & cum primis regi-
minis forma ordinatissima & placidissima, quâ plurimos po-
pulos Romanæ sævitæ pertæsiōs ad se allexerunt. Ita enim
Gregorius Turon. de iis temporibus: *Terror Francorum reso-
navit in his partibus, & omnes eos amore desiderabili cupiverunt
regnare, Hist. Franc. c. XXIII.* Ab hac† itaque stabilitæ suæ po- 31.
rentiæ ætate Franci, juxta cum aliis, avitum quoque Gravio-
num Magistratum, in iis locis, quæ Romani modō infede-
rant, restaurarunt, ubi negari quidem non potest, tūm plu-
rima alia hos ad illorum mores instituisse, tūm & Comitum
aliquos ordines ab iis ad se transtulisse. Cæteri† Germaniæ 32.
populi, quos deposuisse nullibi perhibentur, ambiguō pro-
cul Comites sibi continuâ serie secundum primam institu-
tionem eosdem retinuerunt, donec Carolus, extensō super e-
os imperiō suos ubique invexit, quod pluribus infra sumus expo-
situri.

- situri; nunc enim ab ipso Francorum victorum tempore Comites Germanorum repetemus. Sed fateri opus est, solis rem fore cum Francis, non ideò fortè, quòd vel solos hos Germanorum nomine comprehendi, vel illos Comitibus destitutos fuisse persuadeamur, sed potius, quòd atra silentii nox vel omnia prorsus eorum gesta abstulit, vel certè ita obfuscavit, ut, nisi nubem pro Junone amplecti velimus, tutissimum sit,
33. omninò abstinere. Ad aulas † regnum atqve palatia primùm deducimur, ubi COMITEM PALATII primò omnium locò ponendum offendimus, dictum ita à palatio, den *Waltz Grafen* / quia ibidem jus ipsi dicendum, nec quicquam cum Provinciis erat commercii. Hujus de ætate † primaq; origine liquidò eqvidem non constat, si quid tamen conjecturâ possumus adsequi, ab illo recuperatæ libertatis ævo, sumtò à Romanis exemplò, apud Francos habet primordia. Ante istud enim nihil de eo quidquam auditur, sed post, & per Merovingorum tempora perpetuis celebratur relationibus. Accedit, quæ opinionem nostram confirmat, officiorum dignitatisq; cum Romanis collata similitudo, quâ de sequenti Capite plura dicendi dabitur locus. Reliquam Comitum † seriem nò melius, quàm ex ipso Francici regiminis ordine, quem tenuerunt, deprehendere licet, quare eum paucis ex amplissimis historiæ codicibus delibabimus. Summa rerum à Rege Principibus & Ducibus imponebatur apud Germanos, sed quùm & pauci ii essent, & expeditionibus bellicis plerumque occuparentur, interea, ne regni salus periclitetur, singulis eorum in subsidium Comites, duodecim ut plurimum, dati sunt.
35. Ita enim † *Annales Francici veteres*, ut & *Aimoin. Continuat. l. IV. l. 61.* de Pipino referunt, quòd *Grifionem fratrem suum, Ducum more, duodecim comitatibus donaverit.* Et de Brunone, Saxonum Duce, accepimus, eum in Ducatu suo XII. Comites tenuisse, qui quidem omnes simul cum ipso in bello adversus Danos perierint. *Ditmar. l. II. Chron. Henning. p. II. Geneal. sub Brunone.* Quamquam † nec hoc perpetuum. *Semper duodecim Comites uni Duci vel Principi tunc subsuisse non satis*

satis probatur; sed interdum numero plures, interdum pauciores
Ducatus suberant, quod docet Magnif. Auctor Instit. Jur. Pub.
Viadrin. l. I. tit. XVII. §. 15. confer Gryphian. de Weichbild. c.
XXVII. n. 9. 10. Comites isti † salutabantur Germanorum 37.
 lingvâ Gau-Grasen / Latinis PAGENSES, à Gau / sive pagis,
 quibus regendis ii erant præfecti. Distribuerunt enim Fran- 38.
 ci, † more antehac etiam Romanis recepto, regna sua in certos
 districtûs, quorum unusquisque, cum metropoli, aliquot ci-
 vitates, vicos, villas, sylvas, agros, prata, lacûs stagnaq; com-
 plectens ipsis pagum einen Gau constituebat, unde, nisi fal-
 limur, aliquot Germaniæ loca, Hennegau / Rheingau / Sund- 39.
 gau / Zürichgau / Torgau hodiernum adpellationem retinent.
 Hujus autem instituti, qui remotissimè accersunt, Clodovæ-
 um Magnum, alii numerò potiores, Clotarium II. Dagober-
 ti parentem, auctorem fuisse perhibent, utpote qui amplissi-
 mis terris aucti cum tot fructuosè regendis se unos impares
 cernerent, certos limites, Comitibus distinctos, consangvi-
 neis agnatisq; de vetustâ Francorum prosapiâ dispertiverint.
 Pluribus de his consuli meretur Jodoc. Coccius, *in Dagoberto,*
Argent. Episc. fundatore c. 4. fol. 27. Verùm † quùm & hi ipsi 40.
 pagi spaciosissimi plerumqve, & onera ex iis Comitibus paga-
 nis graviora multò essent, quàm quibus ferendis pares; hinc
 subordinatum hisce novum quoddam Comitum, sed ignobi-
 lius, genus CENTENARIORUM, der Cent-Grasen / quò no-
 mine insigniti fuerunt propter circulos & centenas, quas jux-
 ta pagi distributi, & quarum Centenarii Comites judicia ad- 41.
 ministraverunt. Centenarum istarum † suâ adhuc ætate,
 propè Heidelbergam reliqua fuisse vestigia B. Rhenanus *l. II.*
rer. Germ. sub stat. Alemann. testatur; &, Berneggero auctore,
hodieq; in Palatinatu, Franconiâ &c. Judicia criminalia dicuntur
Zent-Gericht / eorumq; Præsides Zent-Grasen / & Adseffores Zent-
Schöppen / causa vel casus ad ea pertinentes Zentsälle vel zentbare
Sälle. Quest. Misc. LXIV. Enimverò † numquid non anti- 42.
 quiores multò hi Centenarii Comites Taciti ætate jam apud
 Romanos inclaruerunt? Ita sanè quamplurimis videtur, Cen-
 tenos

tenos, Centenariosq; Comites pro iisdem habentibus, moti his Taciti verbis: *Centenis singulis ex plebe Comites adsunt, l. c. & c. VI. Centenorum nomen honoremq;* apud Germanos commemorat. Ast quum de diversissimis loquantur, hunc locum illi non esse *ἑκατάμυλον* rectè observarunt viri aliquot summi. Alii enim sunt Centeni, quorum non nisi sagata, apud Tacitum, dignitas; alii Comites Centenarii, quorum munus togatum & forense infra fufius persequemur. De neutris horum priori loco sermo esse potest; non de iis, qui Comites non fuerunt, Tacitus autem in Comitibus describendis heic totus est; non de his, quia & voce differunt quam maximè & officiis. Quos enim Tacitus recenset, ii ad principium latus & in aulis plerumque versabantur; Centenarii Comites in pagis hærebant: Illi legationibus expetebantur, hi nunquam: Illi in bello præsidium Principi, hi in centenis suis relinquebantur. *Queis* † ita comparatis, vanus est Cl. Berneggeri *l. c.* aliorumque labor, qui ex hoc, minimè taciti in Germanorum rebus scriptoris, locò Centenariorum Comitum, Judiciorumq; antiquitatè adstruere fategerunt; *Centenarios*, inquit Dn. Kirchmajer *ad h. l. p. 105. centenarumq;*, *districtuum nempe Comites Zentgrafen quos vocamus, scimus, fatemur, largimur. Singulis olim Principibus Centenos Comites adjunctos tum fuisse solidius est demonstrandum.* Sed quid adhuc Tacitus? Certè corruptum † oportet ejus esse præsentem locum & errorem subirrepsisse, quem primus, ex mente Reinesii, sustulit B. Brummerus, *in Dissert. de Scabinis*, eumq; sequutus Kirchmajerus, *l. c.* ita emendantes: *CERTI singulis ex plebe Comites adsunt.*

43. Hic ordo † Comitum apud Germanos hætenus obtinuit, nec dubium est, eum ita usque ad Caroli M. tempora factum tetumq; continuatum fuisse, cum factæ ab eodem discessionis nec vola nec vestigium apud Historicos compareat, sed potius ejusdem servati parata habeamus monumenta, quæ in proclivi esset adducere, nisi nullam exinde nobis commodum, damnum verò certissimum tempori pagellisq; hisce lat angustis oriri censeamus. Unâ igitur serie (de aliorum

Germa-

Germanorum, quorum, quod sua nescimus, culpæ tribuen-
dum est, Comitibus parùm solliciti,) ad Carolum re & no-
mine Magnum devolvimur, cujus temporibus intactis præ-
tervehi grande narrationi nostræ foret piaculum, propterea,
quòd & illustrissima hæc de Comitibus extent, nec omnia
immutata prorsus idem reliquerit. Cùm enim † diversas re- 47.
giones imperiò suò complecteretur, diversò acqvisitas titu-
lò, Franciam, tanquam regnum paternum, jure hæreditario,
Germaniæ partem jam olim regno Francico adjectam, & re-
liquam ferè Germaniam belli jure, tandemq; & eòdem in I-
talia regnum Longobardicum, Eginhard. *in vit. Caroli c. XV.*
neqve omnibus solus sufficeret administrandis, hinc institu-
tâ, veterum more, in Provincias divisione Præfectibus, sub
Comitum nomine, regendas commisit. Ducatus † autem, 48.
lata nimis spacia complexos, omnes sustulit Carolus, cu-
jus rei causa erat non alia, quàm quod genio humanæ am-
bitionis acti, justo elatiùs se gerere, majoraqve appetere,
quàm decebat, Regum antecessorum Duces ceperant. Id
memorat de Bavariæ Ducibus Conringius; *cùm jam dudum,*
inquiens, in Germaniâ Bavariæ Duces potentissimi regiâ penè pote-
state, & Francorum regnum vix comiter observantes imperassent,
hanc Provinciam, fugatis & extinctis Ducibus, sub integrum impe-
rium iterum redegit; de fin. Imper. c. II. p. 8. Scilicet advertens
Carolus, nec consultum ratus, penes unum tantam vim, i-
psis fortassè aliquando regibus metuendam, consistere, re-
motis Ducibus, omnia Comites inter solos distribuit, quò fa-
ctum, ut nulla in hujus, & aliquot successorum, rebus gestis
Ducum memoria, præter Wittekindi, quem hæc, regiæ loco,
dignitate, donavit, deprehendatur. Goldast. *Tom. I. rer. Ale-*
mann. p. II. f. 314. Lehmann. *loc. cit. l. II. c. 16.* Monzambano,
c. III. §. 3. Hinc ab eo tempore tantæ Comitum in Germa- 49.
nia copiæ, quas amplius adauxisse Carolus perhibetur per-
hoc, quod ex Italiâ & Galliâ non unos Comites, ut puta Lip-
pienses, Pirmontenses, Hallermontenses, & Tretmondenses,
seu Dortmundenses pluresqve, alios secum advexerit, vid.

C

Cranz.



50. Cranz. *in Saxon. l. II. p. 22.* Neq; verò † isthi Comites omnes simplex Comitum nomen retinuerè, sed novum aliud Comitum genus, novâ adjectione der Marckgrafen / lingvâ sibi
51. vernaculâ, condidit. Marca † denotat Germanis limitem, undè MARCHIONES, omni procul dubio, denominati sunt, quicquid de origine vocis hujus alii aliter credant, quos vide multis apud Choppinum, *Doman. Franc. l. I. tit. V. §. 14. & aliis.* Limitaneis enim locis præfectos fuisse cohibendo hostium insultui juriq; dicundo infra audiemus. Non † autem
52. possumus non mirari satis, quâ motus ratione Lehmannus, antiquitatis Germanæ cæteroquin probatissimus prom^o-condus, in Chronicô, tres non nisi Comitum titulos sub Carolô audacter adeò adserat; Derer Grafen seind nur dreyerley unter der Carolingorum Regierung / Pfalz-Grafen / Grafen und Bent-Grafen / und weder Marckgrafen noch Landgrafen im Deutschen
53. Reiche zu befinden / *l. II. c. 17. p. 86.* Sunt & alii, † qui Comitum horum prima incunabula ad Henricum Aucupem referre amant, sed nimium quantum falluntur. Insigniores equidem ab hoc Marchionatûs constitutos non diffitemur, sed primos, id putidum sanè commentum est. Jam tum † enim Caroli ætate ob crebras hostium, imprimis Hunnorum & Avarorum, cum quibus maxima omnium præter Saxonicum, bella gesserat, Eginhard. *c. XIII. l. c.* excursionses publica salus custodiam, ne ulterius penetrarent, efflagitavit, hinc Marchiones constituti ex præcipuis Nobilitatis viris, quorû ex Albino aliquos recensëbimus. Die Marcken zu Desterreich und Steuer-Marck hat Carolus M. aufgerichtet / nachdem er die Ungarn geschlagen hatte / *Chron. Misnens. tit. IX. p. 106. & p. 107.* Eben dieser Kaysar Carolus M, nachdem er die Wenden aus der Stadt vertrieben / hat einen Anfang gemacht mit der Marck Brandenburg; Gleichfalls ziehen auch etliche lieber Carolum M. zum Anfänger der Goldwedelischen Marck an / welches denn glaubiger / als von Druso dem Römer. Confer. Choppin. *d. l. §. 13.* Singulorum Marchionum origines exponere jam non vacat, cum & plurimos hic ante nos labor occuparit, & generaliora tantum

tum persequi nobis sit propositum, LANDGRAVIOS † 55.1
 die Landgrafen/ qui, similiter certæ Provinciæ præfecti, iudices
 mediterranei, ad differentiam Marchionum, salutabantur,
 Cranz. l. VI. Saxon. 20. sub Carolo non innotuisse, Lehman-
 no ambabus concedimus, quum ad Lotharium Saxonem,
 demum primordia eorum spectent. Meibom. ad l. I. Annal.
 Witekindi. Sed † quò minus de his, datâ operâ, agamus, est 56.
 ab instituti ratione, quæ Comites, Caroli ætatem transgres-
 sos, nunc attingere vetat. Quare nos accingimus ad

CAPUT SECUNDUM,

De

OFFICIIS ET DIGNITATIBUS COMITUM VETERUM ROMA- NO-GERMANORUM.

ELENCHUS.

- | | |
|--|---|
| 1. Comitum officia & dignitates
explicatu difficiles & obscuræ. | 9. Deinde, sub certâ conditione,
ad natos transierunt. |
| 2. Dignitas, ab ipsa institutione,
gravis. | 10. Similiter quoq; cum Comiti-
bus res habuit; sed simpliciter
hereditarios effecit Constan-
tinus. |
| 3. Tituli Comitum R. & | 11. An ab eò Feudorum origo? |
| 4. Tres gradus, sub Constantino
Magno. | COMITUM GERMANORUM
dignitas & officia |
| 5. Constantini in imperio novandi
pruritus. | 12. Duobus tractatibus absolvun-
tur; quorum in PRIMO nudè
recensentur. |
| 6. Magistratum numerò & hono-
ribus auxit. | 13. Parva Comitum ap. Germa-
nos principia, sed in immen-
sum honoribus augentur. |
| 7. Quod ipsum & Comites ex-
perti. | 14. Illustris Comitū Schwarz-
bur- |
| 8. Magistratum Provincialium
ap. Rom. primò personalia | |

- burgicorum dignitas singularis.
15. Comitum antiquorum officia, ex Tacito.
 16. Legationibus inter alia expe-
tebantur.
 17. Principibus splendor ex suis
Comitibus.
 18. Comitum distincti Gradus.
 19. Transitio ad Francorum & Ca-
roli M. imperia. Ubi
 20. Palatini, die Pfalzgrafen.
 21. Quorum in iis seligendis ha-
bita ratio?
 22. Maxima eorum dignitas.
 23. Officiorum amplissimorum
delineatio.
 24. Certi casus excipiuntur, Regi
relikti.
 25. Pagenses die Gau-Grafen.
 26. Conditio personarum.
 27. Officia eorum.
 28. Jurisdictionem super Ecclesi-
asticos sub Carolo M. amise-
runt.
 29. Certi tamen casus ipsis reser-
vati.
 30. Ab iis ad Imperatorem licuit
provocare.
 31. Centeni, die Zentgrafen.
 32. Error Dieterici circa eorum
dignitatem.
 33. Officia eorum & Jurisdictio.
 34. Marchiones, die Marchgra-
fen / comparantur cum Rom.
- Praefectis limitaneis.*
35. Duplicia eorum officia, defen-
dendi & judicandi.
 36. Tr. SECUNDO qu. Quando
hereditaria facta Comitum
dignitas?
 37. Comparandi quoad hoc Comi-
tes Germani cum Romanis.
Primò enim personalis digni-
tas, dein cum conditione in fi-
lios collata, tandem heredita-
ria facta.
 38. Carolus M. personalem denuò
efficit.
 39. Sed ab ejus excessu ad anti-
quum reditur.
 40. Primùm patribus filii surro-
gantur.
 41. Quod postea Imperatores con-
firmant, jus hereditarium tri-
buentes.
 42. Defenditur hoc Imperatorũ
facinus.
 43. Henricus, Dux Saxonum, li-
bertati huic primus viam pa-
ravit, quæ ab Imp. Conrado,
nolente volente, confirmatur.
 44. Post hunc Otto I. dignitates
hereditarias plurimas conce-
dit.
 45. A Conrado & Ottone I. pluri-
morum feudorum in Germa-
niâ origo.
 46. Conclusio.

In

IN principio Capitis antecedentis potissima COMITUM
ROMANORUM Genera recensuimus, sed ita tamen stri-
ctim & jejunè, ut indicis tantùm vice fungantur, quæcun-
que ibi proposuimus. Jam, † ubi omnes dignitatum & offici- 1.
orum Comitum differentia dilucidari postulant, adeò quoque
vetusta hæc altâ caligine condita relinquuntur, ut legentes
tantùm non inconsulti abeant, sed emq; oderint Sybillæ, quod
Poëta dicit. Quare nos, quùm & antiquitatis, quæ heic desi-
deratur, cognitione haudquaquam sumus instructi, & hisce
minùs, plus operæ Germanorum COMITIBUS sit impen-
dendum, pictores imitabimur. Ut enim ii, angustâ tabulâ
ingentem hominum multitudinem comprehensuri, summa
tantùm capita exprimere solent; ita nos tantæ amplitudinis
opus, in paucas lineas redactum, exhibebimus. Neq; verò
officia COMITUM ROMANORUM, de quibus nos aliqua
in anteced. Capite, & satis prolixè modò laudati Gvid. Panci-
rollus, & Gutherius ll. cc. egerunt, ampliùs prosequi labora-
bimus, sed *dignitates* solæ nobis hæc vice curatio sint. A pri-
mâ † æquidem institutione grave perquam fuisse Comitum 2.
munus non ex eo solùm constat, quod, cùm omnes essent in
honore constituti, unus tamen alterum excelluit; sed & ar-
gumento esse possunt diversi, quæis ornabantur, tituli. Alios
† enim *Clarissimos*, alios *Spectabiles*, ac tandem τὴν ἀξίαν ἢ ὑ- 3.
ψηλῆ βήμα) consequutos *Illustres* nominatos fuisse Consti-
tutiones Imperatoriæ, aliiq;ve, qui notitiam Imperii planam
reddiderunt, ubertim loquuntur. Rem luce suâ radiantem
testimoniorum faculis stipare nolumus, ne gratis suscepta
videatur ejus adfertæ confirmatio, de quo nemo dubitat.
Quod si qua † autem unquam, certè sub Constantino Impe- 4.
ratore, ratione dignitatis, notatu dignissima Comitibus acci-
dit differentia, utpotè ubi secundùm Tres gradus eam distin-
ctâ refert Eusebius, τῶν κομήτων, inq;uens, οἱ μὲν πρώτῃ γάμμα-
τῶν ἡξίοντο, οἱ δὲ δευτέρῃ, οἱ δὲ τρίτῃ, l. IV. de Vit. Constant. Conve-
nit enim † hic Imperator multa im Imperiò periculosè admo- 5.
dum mutare, ut hinc, quamvis maximè laudanda sit ejusdem
pietas,

- pietas, *Reipublicæ tamen administratio minus probanda rectè cen-*
seatur Zosimo, quem propter hoc dogma multi quidem acer-
 bè, sed nequaquam ex meritò, exagitant. Multa novaturi-
 entis ejus ingenii documenta proferri possent, quæ inter for-
 talsè eminent, quod Constantinopolin, Romæ æmulam, con-
 didit, quæ Orientis Imperii caput esset, duosque Imperatores
 curavit, Senatum divisit & Consules, unum Romæ, Constan-
 tinopoli alterum designari voluit, *quò factò eam viam sequutus*
est, quæ ad evertendum imperium proclivior patere videretur, cen-
 sente Gutheriò, *l. c. c. I. c. XLV. p. 303.* His accenseri mere-
 tur, † Constantino nec minus vertendum vitiò, quod Magi-
 stratum officia, jam olim constituta, variè confudit, & in-
 numeris novis cumulavit, quod ipsum Eusebius, ubi Princi-
 pem laudare studuit, evidenter exponit. *Multos, ait, auctori-*
tate, multos consulari dignitate ornavit, Duces plures ab eò constitu-
ti, atque hac ratione μύριοι ἄλλοι clarissimos honores adepti sunt.
Namq̄, ut plurimos honoribus afficeret, diversos dignitatum gradus
 7. *excogitavit, l. c. c. I.* Atque eadem fata †, eandemq; mutatio-
 nem sub hujus ætate Comites experti sunt, imò verò, nisi fal-
 limur, longè quid ampliùs. Priscis quippe Romanorum ea
 8. fuerat consuetudo, † uti, *quoscunq; in Provinciis Pro-Consules*
etiam, constituerant, ii cogentur ab emtionibus rerum omnium,
præterquam victus quotidiani gratiâ, abstinere, teste Andr. Dom.
 9. *Floccò, l. II. de Potest. Rom. p. 159.* Postea † demùm sub Impe-
 ratoribus ex peculiari favore sancitum est, ut, quæ ab hosti-
 bus ceperint, iis ad vitæ dies, tanquam propriis uterentur, si-
 ne ullâ tamen spe successionis ad liberos, nisi & iidem mili-
 tiæ se dederint. Quod disertè confirmat Lampridius, *in Ale-*
xandr. ubi refert, *Alexandrum Severum, quæ de hostibus capta, li-*
mitaneis ducibus & militibus donavisse, hac tamen lege, ut eorum
tum demùm essent, si heredes eorum bellica pariter munia obirent;
hanc ejus rei subjiciens causam: fore scilicet, ut attentius mili-
tarent, si etiam sua rura descenderent. Ut igitur horum omnium,
 10. ita Comitum † quoq; ab initio nuda personalium munerum
 nomina vetustioribus Romanis erant, donec videlicet Con-
 stan-

stantinus, modum omnem excedens, in univ^{er}sum lege
constitueret, ut agri & oppida ad eorum hæredes, omni con-
ditione sublatâ, transmitterentur. Quo de ita *Rom. Histor. l.*
II. in Vit. Constant. Pomp. Lætus: Illud constat, initiò sanxisse
Constantinum, ut agri, villa, oppida, quæ ad victum emeritorum
tributa erant, ad hæredes transferint, unde milites sibi magis obno-
xios & deditos reddidit. Prius ex veteri consuetudine tribunis, præ-
fectis & Ducibus, qui pro imperiò augendò consenuerant, dabantur
agri, villa, ut necessaria suppetere, quoad viverent. Movit hoc
Lælius Taurellum, † d. milit. ex cas. Wolffg. Lazium, l. I. de 11.
Rep. Rom. aliosqve, ut abhinc Feudorum initia derivarint,
quâ de sententiâ, cordationum calculo destitutâ, prolixior vi-
dendus Dn. D. Struv. Syntagm. Jur. Feud. c. I. ad aphor. 3. p. 13.
Et hæc ferè de Dignitatibus Comitum apud Romanos brevi-
ter dicta nobis sufficiant; Plura afferre nunc non vacat, sed
qui velit, auctores multoties laudatos evolvat, qui curatius
isthæc omnia excusserunt. Ad GERMANOS † transeun- 12.
dum est, & quot officiorum, quot dignitatum differentias ibi
sustinuerint COMITES sive *Graviones*, aprico dandum.
Duo autem expediunda nobis heic sumemus, *unum*, quò i-
psam dignitatum & officiorum naturam in compendium
redigamus, *alterum*, ut, quando hæreditariæ hæ dignitates fa-
ctæ, & quò antea fuerint statu, dispiciamus, in quorum utro-
que non unâ vulgò ratione errari consuevit. Circumferen- 13.
tibus igitur † per historiarum Codices animû, apparet, quem-
admodum rerum plerarumqve, ita Comitum quoque parva
fuisse principia, quorum tamè, serâ consuetudine, adeò aucta
est dignitas, ut ex iis Imperatores, Reges, Electores & Princi-
pes emerferint. Ita enim novimus de Domò Auftriacâ & Re-
gibus Hispaniæ, eosdem ex Comitibus Habsburgicis oriun-
dos. Reges Daniæ & Holsatiæ Principes ad Oldenburgicos
antiquissimos Comites originem referunt. Ex Anhaltinis or-
ti Marchiones Brandenburgici, & hodierna prosapia ex vetu-
stâ Comitum Hohen-Zollerensium familiâ prognascitur.
Nec † ILLUSTRISSIMOR. COMITUM SCHWARZBURGICORUM, 14.
DNN.

DNN. CLEMENTISSIMORUM, exemplum taceri heic debet, quo-
 rum tantus fanè splendor, ut inter alias Comitum Imperii fa-
 milias SCHWARZBURGICA, velut inter ignes Luna minores,
 longè latèq; hodiènùm coruscet. Laudes ejus aliquas saltim
 commemorare nostrarum virium non est, quare satiùs puta-
 mus, ingenuam de his B. D. Gerhardi confessionem audire.
 Sic autem ille: *Trium cum primis ἀρχιμυσίων ac dignitatum præ-*
cipuarum fulgore splendidissimò **FAMILIA SCHWARZBURGICA**
coruscat. PRIMÒ, quòd antiquitate nulli Principum vel Comitum
Imperii familie cedat. SECUNDÒ, quòd Comites ex eà oriundi jam
olim inter IV. Imperii Comites, specialiter sic dictos, fuère relati.
TERTIÒ, quòd Heroes de Republicà Christianà optimè meritos, stre-
nuos bellatores, quin & AUGUSTUM IMPERATOREM (GÜN-
THERUM,) superioribus seculis produxerit. In Ep. dedic. part. III.
Confess. Cathol. præfix. Videatur & Patronus noster summè co-
lendus, Dn. Ahasverus Griesch/ in Continuat. Thes. Pract. Besold.
sub voc. Schwarzburg/ p. 815. Plures Comitum, ab exiguo ad
summum evectos, recensere possemus, nisi circa hæc detineri
labor noster nollet; quare potius ad eam, quæ ab antiquissi-
mis temporibus, Comitum fuit, hodiernà multò inferior, con-
 15. *ditionem nos recipiamus. Ex Tacito † autem eadem hauri-*
enda est, qui in universum Comitum Germanorum officia,
describens duplicia ea, pacis unum, belli alterum fuisse in-
nuit. Comites, ait, in pace decus, in bello præsidium. Adeòq; per-
petuò Principum lateri adhærentes in pace consiliariorum,
præsidiariorum in bellò, ubi à consiliis res abibat ad vires, vi-
 16. *ce defungebantur. Subdit quoque, † cum aliis ornatos mu-*
neribus, tum legationibus expetitos fuisse, iis imprimis, quæ ad
finitimos exterosq; populos, belli pacisq; de negociis tractan-
di causâ, suscipiendæ erant. Hoc ipsum munus Francorum,
ne tum imperiò in Comitibus exolevit, ibiq; Missi dicti sunt,
propterea, quòd in aulâ viventes certò tempore vel ad exte-
ros, de belli pacisq; negociis, vel ad Comites alios per Provin-
cias constitutos & episcopos, rationum exigendarum & visi-
tandi gratiâ dimitterentur. Multa de horum officiis, ex Fran-
 corum

corum legibus, adduxit Lehmannus, *Chr. Sp. l. II. c. X. p. 74. seqq.* De cæterò † in COMITIBUS suis aliquem, haud levem, 17.
ipsis Principibus positum fuisse splendorem Tacitus subjicit, quando ex Comitum præstantiâ & virtute *inter Principes emulationem subortam* haud rarò refert, & *cùm in suâ gente, tum apud finitimos ea gloria habitâ fuerit, si numero ac virtute comitatus emineat.* Quemadmodum enim Cassiodorus ait, *de claritate servientium crescere famam dominorum*, Varr. l. IV. ep. 3. p. 125, ita multos ministrorum suorum honori studuisse historia testis est. Hadrianus, *quò clarius haberet imperium, non suò vitiò pauperes pecuniâ sublevavit*; Spartian. c. VII. eosq; *Principes execratus est, qui Senatoribus minus detulissent*, ibid. c. VIII. Alexand. Severus *Senatum, ab Heliogabulò inquinatum repurgavit*, Lamprid. c. XV. idemq; *Senatoribus permisit carrucas & rbedas argentatas, interesse Romanæ dignitatis putans, ut his tantæ urbis Senatores vectarentur*; ibid. c. XLIII. Hæc etiam Principibus Germanis, non per omnia ita, ut vulgò creduntur, barbaris & incultis insedit sententia, ut Senatum suum omnibus modis sibi reddere splendidum conspicuumq; studuerint. Adhæc eosdem † quoque dignitatis gradibus ab invicem distasse, ex Ta- 18.
cito notari meretur, qui *Gradus*, ait, & *ipse Comitatus habet*; sic tamen comparatum erat, ut determinatio eorum ex arbitriò Principum penderet, & quò quisque se præclariorem gesserat, eò quoque propiorem à Principe locum obtineret; perpulchrò videlicet ad incitandos, & quò certatim boni esse properarent, juvenes inventò. Latius hæc pertexere Veterum Germanorum COMITUM dignitatem & officia cum lubentissimis equidem vellemus, sed Ariadnæum, quod ex historiâ expectandum, filum rumpitur, ut adeò † *ad Francorum Imperium & Ca-* 19.
roli tempora, ubi aliqua iterum vestigia deprehendimus, deproperare cogamur. Sequuti igitur constitutam superiori Capite à nobis seriem aulas primùm pulsabimus, ubi COMITES inter Principem tenebat locum PALATINUS, † *der* 20.
Walsgrafe. Jam enim tum temporis à veteri consuetudine discessum, & cùm pristinis seculis COMITES non-nisi cum

D

Prin-

- Principibus viverent, iis vel confilia, vel præsidium dando, Francorum regnò alterum illum significatum, quò COMES Judex est, usus docuit, COMITESq; plerumq; per Provincias dispersi Judicum munere polluerunt. Palatino tamen soli ferè quod sciamus, tam felici esse licuit, ut in aulâ degeret, cujus de officiò nunc aliqua dicenda veniunt. Non supremæ
21. † caveæ plebecula, sed ii soli ad hoc muneris selecti, qui & gloriâ majorum, & nobilitate virtutis, & opum splendore omnium maximè excellerent. Trium horum plerumq; habitatio, & si quando in unò convenerint, paratum ei præ aliis
22. eò patuit iter. Summam autem ejus fuisse dignitatem, † ex eò conicere datur, quod per COMITEM hunc Reges ad reliquos aulæ ministros responsa dabant, uti ex Monachi Sangallensis *l. II. c. 9.* probat Barthius, *Advers. l. XXII. c. 6.* & omnes causæ, antequam per appellationem, quod vocant, Regi offerrentur, Comiti Palatino cognoscendæ dabantur. Summam
23. ejus officiorum † optimè exhibet Hincmarus, Rhemensis Archi-Episcopus, qui Ludovicò Piò & Carolò Calvò, augustis rerum dominis effloruit, *Comitis*, inquit, *Palatii inter cetera penè innumerabilia in hoc maximè sollicitudo erat, ut omnes contentiones legales, quæ alibi ortæ, propter æquitatis judicium palatium aggrediebantur, justè & rationabiliter determinaret, seu perversè judicata ad æquitatis tramitem reduceret.* *Ep. ad Ludov. Balbum, Reg. c. XXI.*
24. Casus tamen dubii †, itemq; Principum, Episcoporum, Ducum & Comitum causæ ad solum Regem spectabant, quas eidem dijudicare nequaquam integrum, per legem Caroli M. *l. III. c. 77. de Episc. Comit. & potentior.* ab Angelfio recitatam: *Neq; ullus Comes Palatii nostri potentiorum causas sine nostrâ jussione finire presumat.* Et hujus servatæ testem habemus Eginhardum, qui disertis ita verbis: *Si Comes Palatii litem aliquam esse dixerit, quæ sine Caroli Imperatoris jussu defini non potuisset, statim, dum calciaretur & amiciretur, litigantes introduci jussit, & veluti pro tribunali sederet, lite cognitâ, sententiam dixit.* *in Vit. Caroli, c. XXIV.*

Nunc, ut ad COMITES PROVINCIALES, & qui iis regen-

regendis per pagos Centenasq; constituti erant, nos confere-
mus, ordinis ratio efflagitat. Primi horum sunt Pagenfes, † 25.
die Gau-Grafen / qui præpositi suis villis, quas inter præcipua
COMITIS domiciliô cedebat, in qua & sedem & aulam suam,
(quam *Salam* vocabant,) tribunalq; & auditorium, (quod
malleus illis,) habebant, more majorum jus dicebant. Perso-
nas † horum quod concernit, non indiscriminatim quilibet, 26.
sed viri justî, integri vitæ scelerumq; puri esse debebant, ad
quem modum eos delineat Hincmarus conceptis hisce ver-
bis: *COMITES, qui post regem populum regere debent, necesse est,*
ut tales instituantur, qui sine periculo ejus, qui eos constituit, quos
sub se habent, cum justitiâ & æquitate gubernare, & officium adim-
plere procurent; scientes, se ad hoc positos esse, ut plebem salvent, ac
regant, non ut dominantur, & affligant. cap. 14. 15. Ep. IV. Multa
de eorum officiis † congesserunt Casp. à Lerch / in *discurs. de* 27.
ordin. equest. fund. I. fol. 21. seqq. Joh. Leznerus, in der *Dasse-*
lisch, und Einbeckischen Chronick / L. I. & imprimis Lehmannus,
loc. citat. l. II. c. 17. cujus aliqua verba huc transferemus;
Ihr Ampt ist ganz auf der Justiz bestanden / daß sie in malefiz-
und bürgerlichen Sachen / Geistlichen und Weltlichen in dem ganz-
en Gau / oder Graffschafft / darinne sie gessen / Recht gesprochen /
und gegen die Mißthätige / nach Ausweisung des Reichs Gesetzen
und Ordnungen mit gebührender Straff verfahren. *Quæ de*
Jurisdictione † super Seculares & Ecclesiasticos Lehman- 28.
nus adferit, ea de certo tantum tempore capienda sunt. Sci-
licet hoc ex annalibus constat, quod trecentis antè Carolum
M. annis & amplius obtinuerit, uti Rex, & quidem illius vi-
ce per Provincias constituti, Regis adjutores COMITES Ju-
risdictionem in Ecclesiasticos exercerent; sed quod jam an-
tè de Regiminis secularis & Ecclesiastici discrepantiâ Gelasi-
us Papa moverat, (cujus de eâdem, Distinct. 96. c. 2. extant: Duo
sunt, Imperator Auguste, quibus principaliter hic mundus regitur,
auctoritas sacra Pontificis, & Regalis potestas, in quibus tantò gra-
vius est pondus sacerdotum, quantò etiam pro ipsis regibus in divinò
reddituri sunt examine graviolem rationem;) illud Carolo demum

- persvasum est, ut hierarchiam concesserit, & rerum omnium Ecclesiasticarum judicia COMITIBUS erepta, solis Clericis detulerit. Certorum tamen delictorum † punitio ab Imperatore COMITIBUS reservata fuit, veluti, si quis furti, homicidii, vel alius delicti gravioris reus ad templa Monasteriaq; confugerit, tradere eum COMITI tenebatur Episcopus. Quod ubi renuit, ad primam instantiam XV. solidos, ad secundam XXX. solvere coactus fuit, ad tertiam Episcopus reum detinens, quicquid maleficus dederat damni, restituere, ac insuper hōc casu latentem vi eripere & persequi jus habuit COMES, & si qui tūc collectā manu resistere ausi, 600. solidorum pœnam incurrerunt. *Legg. Franc. cap. I. m. c.*
30. 26. Quamvis itaque, ut exposuimus, isthi COMITES antiqui in locis & pagis sibi commissis nomine Regis magnam habuerint potestatem & auctoritatem, constat tamen, tantam eam non fuisse, quin non licuerit ab eis ad *Missos*, aut *Legatos Regios*, (quorum supra incidit mentio,) provocare, aut ad ipsum Regis palatium, non quasi in qualibet causâ tale, quid licuerit, sed in nonnullis, & quidem cū COMITES officio suō minū rectē fungerentur. Hinc Vadianus, *lib. de Colleg. & Monast. Germ. vet. Ad Missos provocare adversus COMITUM vel negligentiam vel illatam injuriam etiam plebi licebat, actione hinc datā, concessāq; qui se neglectum fraudatumvé, aut ini-*
31. *quiūs à Comite tractatum qvereretur.* Sed satis de Paganis. His subordinatos fuisse COMITES CENTENOS, † die Zent-Grasen / supra diximus, qui in certis districtibus minoribus seu centenis Paganorum vices, cū ubiqve præsentes ipsi esse non possent, justitiam administrabant. Infimum horum
32. Genus esse satis jam luculenter patet, ut adeo † nullā ratione admitti possit, quod Dietericus, ex Heinricho Spelmanno, adserit, *Centgraviū bello & pace summum fuisse olim apud veteres Romanos, Antiqq. Bibl. ad Genes. XXXVII, 36.* Officia eorum † Lehmanni penicillō adornata iterum exhibebimus.
33. Der Zent-Grase / inquit, hat allen Frevel getheidiget / Schuld und andere geringe Sachen entschieden. Was aber Malefic, Erb- und
eigen

eigen angelanget/ das ist der Grafen Verrichtung zugestanden/ das
von ein ausdrücklich Gesetz. *Cap. l. iii. c. 69.* So haben auch die
Freye / das ist / Adelige Personen auffn Lande und in Städten/
die Freyheit gehabt/ daß sie vor der Zent-Grafen Gericht nicht sol-
len erscheinen / sie seind ihnen denn / als Richter / zugeordnet / oder
Kläger / oder als Zeugen fürbescheiden gewesen. *loc. cit. l. II. c.*
24. add. B. Rhenanus locò suprà allegatò. Tandem soli ad-
huc restant MARCHIONES, † die Marckgrafen / quos 34.
veteribus Romanorum limitaneis Præfectis, quorum
fit mentio in *l. Viros spectabiles. C. de divers. offic. vel præsidibus*
riparensum militum, de quibus l. contra publicam. C. de re mi-
lit. adsimilamus. Romani namqve olim imperii certos limi-
tes statuerunt, in quibus adversus barbaros, hoc est hostes,
vel eos, qui Romano imperio non parebant, milites & eorum
duces excubarent, quibus concessa fuerunt de hostibus ca-
pta, ita, ut eorum essent, si hæredes militarent. Lan-
cell. *in templ. omn. Judic. l. I. c. 5. n. 1. de Marchione.* Similem
in modum subjugatis à Carolo M. Longobardis, Saxonibus
aliisque Germaniæ finitimis populis, certos non tantum im-
perii limites iis in locis constituit, sed ea etiam magnis præ-
fidiis firmata præcipuis ex nobilitate viris delectis defenden-
da tradere necessum habuit. Duo igitur horum officia † e- 35.
rant, quæ imprimis Phil. Melanchton, *Chron. L.V. & Albinus,*
Chron. Misens. tit. IX. latè describunt. Unum, quod & præci-
puum fuit, ut partas & bello quæsitæ Provincias adversum
affligentes hostes tuerentur; alterum, uti jus in Provinciis
iisdem dicerent, unde quoque die Marck-Richter / *Judices li-*
mitaneos appellatos fuisse reperimus. Unum hætenus, par-
tes scilicet & officia Comitum spectavimus; super est †, ut 36.
quando & quomodo successiva facta hæc fuerit Comitiva di-
gnitas, & quò antea gavisa fuerit statu, succinctè tradamus.
Videntur COMITES † Germanorum eadem fermè dignita- 37.
tis hujus fata habuisse, iisdemqve gradibus ad hæreditariam
successionem commeasse, quæ Romanorum, uti suprà dixi-
mus. Quemadmodum enim his ab initio COMITUM

mera erant officia, personis, sine spe transeundi ad posteros, concessa, postea tamen ad dies vitæ, & liberis, si militarent, indulta, donec tandem Constantinus M. jus hæreditarium in regiones, quibus præerant, absolutè prorsus tribueret; similiter certè apud Germanos accidit, ut, ubi apud priscos eorum GRAVIONES in pace Consiliariorum, in bello Præfidiariorum sola officia, annorum numero definita gerebant, ex Regum aut indulgentiâ, aut imminutâ potestate filii, patrum vestigia sequuti, primùm succederent, post autem, prorsus facta sint hæreditaria vel simpliciter, vel feudali jure, opibus adeò dignitati adjunctis. Egregiè hoc illustrat Joach. Vadianus l. c. L. I. *Francici*, inqviens, *Reges regnum suum ducum maximè & Comitum operâ moderabantur, qui in illâ quidem ætate non suam ceu propriam, sed publicam regni ditionem administrabant. Perindè enim, ut apud Romanos Pro-Consules, Præsides, Questores, Pro-Curatores, ita in Francorum regno Duces, Comites, & qui Camerae nuncii dicebantur, alienæ potestatis functionem gerebant. & fol. 83. Illâ ætate Comites non sui juris, sed Regum & Imperatorum officarii, & veluti ministri erant. Gemina huic habet, Paul. Æmilius, qui Duces, ait, Comitesq; ab initio à regibus præfiebantur gentibus, civitatibusq;, ac cum videretur, dimittebantur, Deindè inveteravit consuetudo, ut non nisi sceleris convicti abire imperiò cogerentur, L. I. sub Reg. IX. Atque adeò primum non aliâ, præterquam solius magistratûs temporarij potestate poluerunt COMITES Germanis. Successu tamen temporis factum est, postquam isti ad vitam constituerentur, & patribus plerumque filii surrogarentur, ut naçti tam egregiam occasionem proprias opes stabiliendi, paulatim regum suorum auctoritatem leviolem habere, & provincias sibi concreditas velut in patrimonio suo numerare ceperint. Quod ipsum † quum oppidò exitiosum regno cerneret Carolus, abrogavit, Provinciasq; modò moreq; pristino distribuens, haudquam in perpetuum, aut hæreditario jure COMITIBUS concessit, sed ut revocandi & in alios conferendi libera foret potestas. Liqvet hoc inter alia, nunc nobis reticenda,*

ex

ex Aimoini l. V. cap. I. ubi ita: Ordinavit Carolus M. per totam
terram Aquitania Comites, abbatesq; nec non alios plurimos ex gen-
te Francorum, quorum prudentia & fortitudini nullâ calliditate,
nullâ vi obviare fuerat tutum, eisq; commisit curam regni, prout u-
tile judicavit, & finium tutamen villarumq; ruralium provisionem.
Sed † quò minus diu subsistere posset hæc consuetudo, eorum 39.
tùm maximè temporum ratio, tum Cæsarum quorundam
inertia efficit, hincq; non ita multum ab excessu Caroli ad
antiquum reditum, & Duces primùm, post aliquantò etiam
COMITES id sibi sumere ausi sunt, quod antehac possede-
rant. COMITIBUS enim † filii surrogari pedetentim cepe- 40.
runt, eòdem potentia initiò usi, quò antiquiores, nec quis-
quam citra gravem injuriam, (undè cædes sæpius ingentes
enatae, *Annal. Fuldens. ad ann. 884.*) vel dejectus vel præteri-
tus, nisi fortè gravissimi alicujus delicti reus, quæ unica fer-
mè causa sufficere putabatur. Et in hoc quidem † COMI- 41.
TES ab ipsis Imperatoribus adjutos fuisse, attestantur diser-
tè Capitula Caroli Calvi apud Miræum, in *Annal. Belgicis, an.*
877. fol. 403. quorum recensio vacare nunc quidem prohi-
bemur. Brevi post consentientibus Caroli successoribus, CO-
MITES magna terrarum spacia complexi, bona sibi prorsus
hæreditaria iterum reddiderunt, quò de prolixius apud Gvil-
limann. *Habsburgiac. L. IV. c. 2. f. 121. seqq.* videre est. Per-
quod † an adeò quidem exitiabilis error Germanorum Impe- 42.
rio acciderit, quod multi arguunt, dubium nobis certè vide-
tur, quin potius illorum temporum statum expendentibus
evadit clarum, sine perturbatione maximâ & exitiò convel-
lentium convelli id consilium nequivisse. Loca enim, qui-
bus præerant, multa COMITUM sanguine parta fuerant, in-
deq; metuendum, nisi quædam iis perpetuò concederentur,
ne cum hostibus, spe amplorum opum, & dignitatum adipi-
scendarum colluderent, & ita hòc remediò non adhibitò Pro-
vinciæ multæ subjectioni & imperio Germanorum exime-
rentur. Quid, quod & hæc munificentia multò eos ad bellige-
randum promptiores reddiderunt, dum partis bonis etiam hæ-
redes gavisuros esse cernebant. Laudabile itaq; hoc reme-
dium,

QHT
2264

- dium, quò COMITES sibi ad fidem exhibendam devincirent, & ad imperii limites tuendos calcar adderent. Primus autem omnium † hanc libertatis viam iniisse fertur Henricus, Dux Saxonum, quippè qui validissimã sub se continens nationem, eò usque se confirmavit, ut ad regium imperium ipsi nil nisi nomen deesse videretur; & quùm metum ei primò incutere frustrà agitasset Conradus Imperator, tandem tamen ducatû, quò adversus imperii hostes fortiùs defenderet, hæreditariò jure administrare indulfit, & moriturus auctor fuit procerib⁹, ut fasces ei deferrent. Hunc † è vestigio reliqui Duces parites & COMITES sequuti, donec post eum denuò Otto I. proceribus Ducatum & COMITATUM beneficia hæreditaria decreverit, ita, ut easdem ditiones suas, tanquàm Feuda, ab Imperatore recognoscerent, eiq; ac Imperio fidem jurarent. Tali modò sub Conrado & Ottone plurima † majorum dignitarum fenda in Germaniã cepisse creduntur, quæ non aliorum fortissimis bellò viris decreta, quàm ut ii, nec degeneres posteri militaria Patrono Imperatori obsequia præstarent. *Quemadmodum collatio officiorum, aut munerum, inquit Magnif. Dn. Autor Instit. Jur. Publ. Viadrin. naturã suã revocabilis est, ita etiam antiquis temporibus fuit, sed à tempore Conradi I. & Ottonis hæ dignitates non solum feudi titulò sunt collata, & factæ sunt hæreditariæ, sed adscenderunt quoq; pedetentim ad fastigium superioritatis territorialis, quò nunc sunt. L. I. tit. XVII. §. 15. Quibus gemina tradit M. Z. Boxhornius; Germani sua feuda Conrado primo se debere fatentur. Constat enim primas illum in Germaniã de feudis perpetuis leges condidisse. Hæc igitur ratione Ducum COMITUMq; & Marchionum dignitas, potestasvè, quæ olim temporaria fuerat, & morte finiebatur, juris privati, perpetui & hæreditarii esse cepit. Hist. Univers. A. D. CCC. LXXXIIX. p. 528. Hæc ferè † COMITATUM hæreditariorum origo, quam & similia latius nunc exponere non finit propositum, & jam expletus hujus scripturæ modus. In quã, si quid aut accuratum judicium, aut majorem eruditionis apparatus, vel constantem ubiq; diligentiam desideret, velimus meminere, & juvenes nos esse, & hæc ipsa præcipiti festinatione à nobis fuisse exarata.*




1077

ne

R.K.
385
19

CO
V
ROM

M. IM




KODAK Color Control Patches

Kodak
LICENSED PRODUCT

©The Tiffen Company, 2000

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black



(1878279)

JM
M
RMA-

Weber/

